34-4 A.10

LIBELLVS DE RATIONE SCRIBENDORVM CARMINVM.

Ad Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum Dominum
Emmanvelem Gesvaldvm.

Auctore Io: Francisco Marco
Presbytero Vetrano.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE



Neapoli, Apud Io: Iacobum Carlinum. M. DC

ILLVSTRISS.MO AC EXCELL.MO

D. EMMANVELI GESVALDO

Optimæ ſpei, ſpectatæq; Virtutis Adoleſcenti humaniſſimo.

Io: Franciſcus Marcus Vetranus F.

CONSIDERANTI mihi, quæ pericula adeant illi, qui ſuas lucubrationes in lucem emittunt, quũ alieno eas iudicio ſubijciẽtes pro laude, ornamentoq;, conuicium ſæpe, dedecusq; reportent, Priſcorum auctorum, quæ typis mandabant, ſummis viris nũcupantium, vt eorũ præſidio, ac auctoritate ab obtrectatoribus, alienæq; laudis inui-

dis defenderentur, laudabile occurrit inſtitutum. Quare cum de verſus ſcribendi ratione, vt ſedula Apes, quæ varijs ex floribus rorem ſugens nectareum mel componit, libellum quendam coagmentaſſem, atq; amicorũ hortatu, crebriſq; efflagitationib⁹ in apertum proferre cogerer: mente, animoq; meditari cæpi, cui nam potiſſimum principum illum dicare poſsem. Tu omnium primus mihi in mentem veniſti, qui non ſolum eo es ingenio, ea es memoria, vt omnia feliciſſime conſequaris, ijs delectaris ſtudijs, quæ prouectioris ætatis viris apta, decoraq; eſſent, ſed ex ea clariſſima familia ortum ducis, quæ mille Heroum ſplendore illuſtrata, celebratur aſſiduè, laudibuſq; vbiq; terrarum effertur eximijs. Quare huiuſmodi ingenioli mei partum tibi iure optimo nuncupatum atq; dicatum volui, vt nunc tibi propenſè, ex animoq; defero.

Quod

Quod eò libentius effeci, cum adhæc ſtudia te egregiè animatum viderem, vt meis lucubrationibus te acrius inflammarem, & ad poetas, cæteroſq; viros decorandos, (quod tuæ eiuſdem familiæ proprium eſſe duco) ardentius incenderem.

His igitur feliciſſimis auſpicijs munitus, tuaq; maxima auctoritate ſuffultus, ab omni liuore, interituq; ſecurus exſiſtet, ac hominum manibus liberius ſe tractandum præbebit. Quoniam verò ea eſt ferè omniũ animi libido, vt vehementius quàm par ſit in aliena opera oculos intendant, ne quis me iure cauilletur, illud quod eſt, dixiq; repetens fateor me omnia à varijs auctoribus fruſtillatim emendicaſſe, nihil mihi, præter laborem, aſſumo, nulla me ſpes futuræ laudis titillat, sed Horatianam corniculam referre libellum meum libentiſſime patiar: non enim id fuit mei conſilij inſtitutum, vt à ſummæ ſcientiæ præceptoribus

bus

bus hæc scripta legantur; ſed vt primæuæ iuuentutis, quæ plerunq; laborem ferre recusat, imbecilles conatus ac initia, noſtra quodammodo ope subleuentur. Qualecunq; ſit igitur Princeps ingenioſisſime donũ hoc meum tibi amoris, obseruantiæq; gratia trado, quod ſi a te ea animi benignitate, qua bonas artes omnes ampl ecti soles, acceptum intellexero, præclarè mihi actum putabo, meq; tibi perpetuo deuinctum, & fatebor, & gaudebo. Vale Nonis Maij à Chriſti Natali poſt annorũ sesquichiliadem anno Centeſimo.

EIVS-

EIVSDEM AVCTORIS
AD LIBRVM.

Vade liber Clypeo Geſualdi tectus aheno
Ne, rogo, Naſutũ Rhinocerata time.
Quid rhonchos vereare, & vilis ſcommata vulgi?
Sub tanto dubios auſpice pone metus.
I liber, i felix dubitas cur? tramite recto
Ad domini pergas limina nota tui.
Nam quamuis magnus, præclaro ſanguine natus,
Attamen humanis moribus ille micat.
Cuius te fultum amplectentur nomine cuncti
Incultus, paruus, ſis licet atq; rudis?
I citus, i felix, muſæ comitentur euntem,
A tinea, & carie te procul vſq; trahant.

FABII CONTIS NVSCANI
AD LECTOREM.
Carmen.

Ecce nouum monſtratur iter, quo fulgida Phœbi
Tecta, & Muſarum certus adire potes.

Non hic ſunt ſalebræ, non ardua culmina, quæte
Laxent, inuenies omnia plana tibi.
Nulla eſt caligo, quæ te diuertat euntem,
Singula ſed nitido splendidiora die.
Laudibus aſſiduis cumuletur gloria Petri
Franciſcus, ſacrum qui patefecit iter.
Vos ò laurigeræ, ſoboles Iouis inclyta, Muſæ;
Mordaces omnes hinc remouete feras.
Et vatis ſeruate decus, qui purius omni
Quæritat Heſperia numina veſtra coli.

AD LECTOREM
LAVRENTII RVGERII
A SANCTO MENNA.
Carmen :-

AOnijs quicunq; cupit perfundere labra
Vndis, parnaſſi ac tendere ad alta iuga
Hunc Marci voluat paruum, relegatq; libellum,
Cunctis nam certo tramite pandit iter.

AD EVNDEM LECTOREM
ANGELI HENRICI
A PETRA PAGANA
AVCTORIS DISCIPVLI.
Carmen :-

PArnaſſum reſerat, fontes Heliconis amœnos
Hic liber, & dulces Bellerophontis aquas.
Et fugit ambages longas. Hunc perlege lector,
Si præſtans optas eſſe Poeta breui.

IO:

IO. FRANCISCI MARCI

DE RATIONE SCRIBENDORVM.

Carminum:-

-:§§§:-

ACTVRVS de ſyllabarum quantitate, à literis,ex quibus ſyllabæ ipſæ conſtãt,initium ſumendũ eſſe duxi. Sunt igitur Papiriani,& Plinij opinione reiecta tres,& viginti, A b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t u x y z, & dicuntur à litura, nam certis ductibus, & lineamentis effinguntur. Vocantur etiam elementa cum ex his tota oratio, vt ex quatuor elementis, omne corpus,conficiatur.

Quinq; accidunt literæ.

Nomen. Figura. Poteſtas. Cognatio,& Ordo.

Nomen eſt,quo ipſa litera nominatur, A b c

Figura eſt imago, qua vna quæq; formatur, vt b longus trahitur tractus,& in fine ipſius reuoluitur; & ſic de reliquis.

Poteſtas eſt vis,qua quid per ſe valeant,quid inter

ter ſe ſingulæ diſtent, præcipitur, vt ſi vocales ſonantiore quadam voce omnibus antecellere, & ſemiuocales, à vocalibus incipientes vocem per ſe plenam efficere non poſſe, & mutas intra oris ſonitum mori, niſi illis vocales ſociatæ ſuccurrerent, oſtendemus.

Cognatio eſt, qua literarum aliæ in alias mutantur vt d, in t, Caſſantra, pro Caſſandra, Alexanter, pro Alexander, vt u, in o, Notrix, pro Nutrix, vt Hecoba, pro Hecuba, volt, pro vult, & olli, pro illi.

Ordo demum eſt, quo in pronuntiatione oſtenditur, quæ litera præponenda, & quæ ſupponenda, à in diphtongis ſemper ante it ut aula, e, præponitur, & ſupponitur, præponitur vt Euge, treis, Orphei, ſupponitur vt cœpi.

Litteras in conſonantes, & vocales diuidi Vno ore fatentur omnes.

Vocales ſunt ſex A e i o u y

Ex his ſex diphtongi oriuntur

Ae ut Aeſtimo, Caelum, Caelebs

Oe ut Coepi

Eu ut Euge

Ei ut treis, Orphei

Au ut Aula

Yi ut Arpyia.

Vocales dicuntur à voce, quàm perficiunt, & complent.

Sed i, & u, in principio dictionis ſequente vocali

Ii in conſonantes tranſeunt, vt Iuno, Venus.

I, inter duas vocales, fit duplex conſonans vt Maia, Troia.

Reliquæ omnes dicuntur conſonantes, cum per ſe non ſonent, niſi vocalibus adhibitis, & in ſemiuocales, & mutas diuiduntur.

Semiuocales dicuntur à ſemi, & vocali, cum à vocalibus incipiant, & in ſe deſinant, & ſunt octo, f l m n r s x z. Priſciani enim ſententia iuſtis de cauſis, à recentioribus ferè omnibus inter mutas f, eſſe aſſerentis refellitur.

Mutæ dicuntur à muteſcendo cum nullã in principio vocem habere videãtur, licet in vocales deſinant, & ſunt octo b c d g K p q t.

Semiuocales duplices ſunt, liquidæ, & duplæ, liquidæ à liqueſcendo dicuntur, nam poſt mutas poſitæ fluere ſolent, & ſyllabam natura breuem ancipitem reddunt, vt tenebræ, patris, & quatuor ſunt, l m n r, licet frequentiores ſint l r.

Duplæ ſunt tres x, z, & I, inter duas vocales, vt diximus, & dicuntur duplæ, nam earum quælibet pro duabus conſonantibus ponitur.

I, in his dictionibus Græcorum more Vocalis eſt, Ieſus, Ioram, Ioannes, Iacob, qui tamen per conſonantes pronuntiarent nullum errorem committerent.

I, in his Græcis dictionibus ſemper eſt vocalis, Iambus, Iaſon, Iaſpis, & in alijs Græcis, &c.

DE

DE CARMINIS DIMENSIONE.

HViuſmodi dimenſioni, ſeu ſcanſioni ſex figuræ accidunt.

Synæreſis. Diæreſis. Synalæphe. Echlipſis. Siſtole, & Ectaſis.

Synæreſis fit, cũ duæ vocales in vnã cõtrahuntur. Vt Verg. In Georg. lib. 4.

Seu lento fuerint aluearia vimine texta.

Hic e, & a, in vnam ſyllabam coguntur, & dicimus aluaria.

Vergilius in 2. Georg.

Non ego te menſis, & dijs accepta ſecundis.

In dimenſione diſdicimus.

Idem in 1. Æneid.

Atria dependent lycni laquearibus aureis.

In dimenſione dicimus auris.

Idem in ſeptimo.

Diuitis vber agri Troiæue opulentia deerit.

In dimenſione dicimus derit.

Idem in vndecimo.

Ardentes ſpectant ſocios ſemiuſtaq; ſeruant.

In dimenſione dicimus ſemuſta.

Lucanus lib. 4.

Ij dem cum fortes animos præcepta ſubiſſent.

In dimenſione dicimus Idem.

Contrahitur ſyllaba in Vocali ante vocalem in his dictionibus deeſt, deeram, deorſum, ſeorſum, proinde, deinde, ſemihomo, Pataui, Me-

Mezentij, Myſterij, ac tugurij.
I, & u, ſępe vertuntur in conſonantes.
Verg. in 1. Georg.

Tenuia nec lanæ per cœlum vellera ferri.

Idem in ſecundo Georg.

Tenuis vbi argilla, & dumoſis calculus aruis.

Et in vndecimo Æneid.

Arietat in portas, & duros obice poſtes.

Et in duodecimo Æneidos.

Genua labant gelidus concreuit frigore ſanguis.

Et alijs in locis, vt quiſq; videre poterit.
Quamuis alij velint eſſe pedem proceleumaticum. Teretiani tamē, & Probi dactilum eſſe aſſerentium ſententiæ adhærere non dubito.
Diæreſis fit cum vna ſyllaba in duas diuiditur, vt Aurai pro Auræ.
Verg. in vj. Æneidos.

Æthereum ſenſum atq; aurai ſimplicis ignes.

Euoluo triſyllabum fit quadriſyllabum.
Vt Ouidius in Epiſt.

Debuerant fuſos euoluiſſe ſuos.

Diſſoluo triſyllabum fit quadriſyllabum.
Vt Catullus.

Priſtina vota nouo munere diſſoluo.

Tibullus eleg. 7. primi libri.

Pectora triſtitiæ diſsoluenda dedit.

Sinalæpha fit cum vocalis aut dipthongus à ſequenti dictione abſorbetur.
Verg. in 1. Æneid.

Vnde huc aduecti Regemq́; petamus Aceſten.

Indimenſione dicimus vndhuc.

Diphtongus etiã abſorbet, vt Verg. in 4. Æneid.

Non cæptæ aſſurgunt turres nõ arma iuuentus.

Heu, & o, ſequente Vocali integræ manent.

Ouidi⁹. *Heu vbi pacta fides vbi quæ iurare ſolebas.*

Idẽ. *O vtinam tunc cum lacedemona Claſſe petebat.*

Sed o, cum pedis principium non eſt, & non abſorbetur, corripitur ſequente vocali.

Verg. In Buccolicis.

Te Corydon ò Alexi trahit ſua quemq́; voluptas.

Si verò pedis principium eſt producitur, vt in Carmine Ouidij patet.

Vocalis antè vocalem ſæpe non expungitur, & ſi pedis principiũ eſt, ꝑducitur, aliàs corripitur;

Verg. In Buccolicis.

Et ſuccus pecori, & lac ſubducitur agnis.

Idem in 1. Æneidos.

Poſt habita coluiſſe ſamo hic illius arma.

Verg. Vocalem corripit in Buccolicis.

Et longum formoſe vale, vale inquit Iola.

Idem. Ibidem.

Clamarent vt litus Hyla Hyla omne ſonaret.

In diuerſis etiam dictionibus fit ſinalæpha, dum finis carminis cum ſequentis principio connectitur.

Verg. In 2. Georg.

Nauigijs pinos domibus cedrosq́; cupreſſosq́;
Hinc radios &c.

Idem

Idem in 5. Aeneidos.

Et magnos mẽbrorũ artus magna oſſa lacertosq;.
Exuit &c.

Aliquando erit hiper meter, Verſus vna ſyllaba abundans, niſi contrahatur per ſynæreſim.

Verg. in 6.

Bis patriæ cecidere manus, quin protinus omnia.

Diphtõgus corripitur Verg. in tertio Aeneidos.

Inſulæ Ionio in magno, quas Dira Celæno.

Idem in 7.

Stipitibus duris agitur ſudibus ve præuſtis.

Echlipſis fit cum m, abſorbetur cum ſua vocali. Verg. in 1. Aeneidos.

Litora multum ille, & terris iactatus, & alto.

Interdum antiqui m, ſolum abijciebant, vel potius dictionem in m, finitam corripiebant. Lucanus.

Corporum augebit numerũ ſummamq; ſequetur.

Ennius.

Inſignita fere, & tum millia militum octo.

Priſci remouebant etiam s, vt Lucretius

Arboribus veteres decidere falcibus ramos.

Interdum expungitur s, cum ſua vocali. Verg. in ſecundo Georg.

Aut ouium fætus aut vrentes culta capellæ.

Alij legunt, & forſan melius.

Aut fætus ouium.

In diuerſis carminibus fit Echlipſis.

Verg. in 7.

Iamq; iter emenſi turres, ac tecta latinorum
Ardua cernebant, &c.
Siſtole fit cum ſyllaba natura longa corripitur,
Idem in Buccolicis.
Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes.
Et licet ſyllaba ſit longa poſitione aliquandò tamen breuiatur.
Ouidius de ponto.
Turpe putas obijci, quòd ſum miſerandus amicis.
Ectaſis fit cum ſyllaba breuis producitur.
Verg. in 1. Aeneidos.
Italiam fato profugus lauinaq; venit.
Italiam producitur prima per hanc figuram.
Aliquando fit Ectaſis cum adiectione cōſonãtis.
Verg. in 2. Aeneid.
Relligione patrum multos ſeruata per annos.
Martialis.
Rettulit acceptos Regale numiſma philippos.
V, poſt q, liqueſcit vt aqua, equus, concoquo, Iniquus.
Poſt g, etiam liqueſcit vt lingua, lãguor, lãgueo.
Sed in ambiguus, Contiguus, Irriguus, Exiguus non liqueſcit.
V, poſt s, liqueſcit vt ſuauis, ſueſco, ſuetus.
Sed Aliquando non,
Horatius in Sermon.
Cum mihi non tantum, fureſq; feræq; ſueta.
Lucanus.
Fundata extremo flauos aquilone ſueuos.

DE PEDIBVS.

PEdes ex quibus vnum quodq́; carmen conficitur triplices ſicut biſyllabi, triſyllabi, & quadriſyllabi,Biſyllabi ſunt .

Spondeus conſtans ex duabus longis,vt donant

Trocheus ex longa,& breui,vt arma.

Iambus ex breui,& longa,vt dolent,amant

Pyrrichius ex duabus breuibus ; vt ruit, furor, pater.

Triſyllabi ſunt.

Dactilus conſtans ex longa,& duabus breuibus, vt munera,Carmina.

Ana pæſtus ex duabus breuibus,& vna longa, vt dominos.

Tribrachus ex tribus breuibus,vt dominus.

Moloſſus ex tribus longis vt ingẽtes, Anchiſes,

Bachius ex prima breui,& duabus longis,vt dolebunt, amabunt.

Antibachius ex duabus longis, & vna breui,vt Mortalis.

Pedes quadri ſyllabi ſunt.

Diſpondeus ex quatuor longis vt fortunati.

Di iambus ex duabus breuibus, & duabus longis prima breui,ſecunda longa, tertia breui, quarta longa, vt Apollini.

Ditrocheus ex prima longa, ſecunda breui, tertia longa,quarta breui,vt dictitabat.

Choriambus ex prima longa, ſecunda & tertia breui,& quarta longa,vt Dardanidæ.
Pro celeumatic⁹ ex quatuor breuib⁹ vt Arietat.

DE GENERIBVS CARMINVM.

CArmen eſt oratio ſtrictiori pedum lege, ordineq; contexta,& dicitur à Canendo.
Genera Carminum multa ſunt, vt apud Horatium,ſed de omnibus agere non intendo,pau ca quæ magis ſunt in vſu comprehendam.
Exametrũ carmen ex ſex conſtat pedibus, quorum quatuor primi ſunt dactyli, ſpondei, vel mixti,Quintus pes erit dactylus,ſextus ſpondeus, & non trocheus vt aliqui dicunt, cum vltima Cuiusq; carminis communis ſit,
Vt Verg.in 2.Aeneid.

Hanc primum tutare domum cui paruus Iulus.

Quintus pes eſt ſæpe ſpondeus.
Vt Verg, in Buccolicis.

Cara Deum ſoboles magnum Iouis incrementũ.

Idem in 1.Georg.

Ante tibi eoæ Atlantides abſcondantur.

Idem in 3.Æneidos.

Armatúmq; auro circumſpicit oriona.

Aliquando definit in mono ſyllabum.
Vt idem in 8. Æneidos.

Notan-

Cũ patribus populoq́; penatibus, & magnis Dijs

Notandum tamen eſt, quòd tunc in quarta ſede collocatur Dactilus.

Aliquando ponitur vnus dactilus inter quinq́; ſpondeos.

Verg. in 3. Æneidos.

Nereidumq́ matri, & Neptuno Aegæo.

Et in 1. Æneidos.

Tu nè ille Aeneas, quem Dardanio Anchiſe.

Aliquando in exametro reperitur ſyllaba breuis pro longa, ſed in fine dictionis.

Vt Verg.

Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.

Vbi amor in fine producitur.

Et in 1. Æneidos.

Per terram, & verſa puluis inſcribitur haſta.

Vbi puluis ratione finalitatis producit poſteriorem vel poſſumus dicere admitti aliquando Iambum, Tribrachum, & ſpondeum.

Iambus pro ſpondeo.

Verg. in 1. Georg.

Tribulaq́; trahæq́; & iniquo pondere raſtri.

Et in Egloga 9.

Deſine plura puer, & quod nunc inſtat agamus.

Et in 2. Georgicorum.

Muneribus tibi pampineo grauidus Autumno.

Et in 3. Georgicorum.

Lappæq́; tribuliq́; abſint fuge pabula læta.

Et in 3. Æneidos.

Liminaq́; laurusq́; Dei totusq́; moueri.
Et ibidem.
Dona de hinc auro grauia ſectoq́; elephanto.
Et in 9. Æneid.
Terga fatigamus haſta nec tarda ſenectus.
Et in Buccolicis.
Tityrus hinc aberat ipſæ te tityre pinus.
Et in 1. Æneid.
Pergama cum peteret inconceſſosq́; hymeneos.
Et in 10. Æneid.
Et furijs agitatus amor, & conſcia virtus.
Ibidem,
Nam tibi timbre caput Euandrius abſtulit enſis.
Tribrachus admittitur.
Verg. in 3. Georg.
Inualidus etiamq́; tremens etiam inſcius æui.
Et in 2. Æneid.
Noſtrorũ obruimur oriturq́; miſerrima cædes.
Et in 4. Aeneid.
Pectoribus inhians ſpirantia conſulit exta.
Ponitur aliquando etiam Trocheus.
Verg. in 9. Aeneid.
Ferte citi ferrum date tela ſcandite muros.
Nec opinioni eorum adhæreo, qui dicunt in tela á produci cũ ſequantur s, & c, nam apud Horatium in ſermone legimus breuiari vt linquimus inſani ridentes præmia ſcribæ.
Idem Horatius Ibidem.
Contra alius nullam niſi olenti in fornice ſtãtẽ.

Et

Et Ouidius.

Spes bona dat vires,animũ quoq; ſpes bona firmat.

Quare trocheum potius eſſe quam ſpondeum omni aſſeueratione affirmo.

Dicitur exametrum ab exa, & metro, quia ſex menſuris conſtat.

Pentametrum conſtat ex quinq; pebibus, & dicitur à penta, & metro, cum ex quinq; menſuris conficiatur.

Duo primi pedes poſſunt eſſe dactili, vel ſpondei,vel mixti, poſtea ponitur vna ſyllaba longa, quæ cæſura appellatur, Deinde duo alij dactili cum altera cæſura.

Vt Nil mihi reſcribas,attamen ipſe veni.

Quem verſum ſic metimur.

Nil mihi	Dactilus
reſcri	Spondeus
bas	Cæſúra
attamen	Dactilus
ipſe ve	Dactilus
ni	Cæſura

Illud verò animaduertendum eſt, quòd pentametrum exametro adiunctum facit elegiacũ Carmen,quòd primum fuit inuentũ ad mortuos deflendos, mox ad amores traductũ eſt: ſed nomen à miſerabili cantu,quo priſci mortuos deplorabant ſibi retinuit.

Vnde Horatius in arte poetica.

Verſibus impariter iunctis quærimonia primũ.

Poſt etiam incluſa eſt voti ſententia Compos.
Et binis quibusq; verſibus Clauditur ſententia.
Ideo apud Horatium exigui verſus nominātur.
Raro ſenſus tendit in exametrum ſequens, vt apud Auſonium.
Concuſſus dixit, quòd tibi Diuitiæ
Nunc proſunt Regum Rex ò ditiſſimè, cum ſis.
Sicut ego ſolus me quoq; pauperior.
Prior Cæſura licet longa eſſe debet, aliquando tamen breuis reperitur.
Vt apud Tibullum.
Quidquid agit ſanguis eſt tamen ille tuus.
Et apud alios Poetas idem legitur.
Aliquando poſt primam cæſuram erit ſyllaba in ſina læpham cadens vt apud Catullum.
Nec deſiſtere amare omnia ſi facies.
Quem verſum ſic metimur.

Nec de	Spondeus
ſiſtera	Dactilus
ma	Cæſura
omnia	Dactilus
ſi faci	Dactilus
es	Cæſura

Aliquando cadit in Echlipſim
Idem Catullus.
Iuppiter vt telorum omne genus pereat.
Si binis verſibus ſententia nō perficietur, quædā ſuſpēſio fieri poterit, quæ à ſequētibus abſoluetur, & rariſſime in ſextū carmē protrahet.

Aliqui dicunt,quòd duo vltimi pedes iſtius carminis erunt Anapeſti vt

Infregiſſe ſuis fortia facta modis.

Quem verſum ſic metiri poſſumus.

Infre	Spondeus
giſſe ſu	Dactilus
is for	Spondeus
tia fac	Anapeſtus
ta modis	Anapeſtus.

Carmen ſaphicum quinq; pedes habet. Trocheum. Spondeum. Dactilum, & duos alios trocheos.

Sed tertio cuiq; verſui additur adonicum carmen, conſtans ex Dactilo, & ſpondeo, vt apud Horatium.

Vlla ſi veris tibi peierati
Pœna Barini nocuiſſet vnquam
Dente ſi nigro fieres, vel vno
Turpior vngui.

Aliquando reperitur verſus vna ſyllaba abundans, & abſumitur à ſequente verſu, vel ſi eſt in ſequenti abſumitur à præcedenti apud Horatium.

Labitur ripa Ioue non probante
Vxorius amnis.

Phaleuticum Carmen ſeu Endeca ſyllabum ex quinq; pedibus conſtat ſpondeo, Dactilo, & tribus trocheis vt apud Catullum.

Diſertiſſime Romuli nepotum,

quot sut quoq; fuere Marce Tulli

Dilec	Spondeus
tiſſime	Dactilus
Romu	trocheus
li ne	trocheus
potum	trocheus

Aliquando admittitur Iambus in primo pede vt apud eundem, *Amici accipiant ſui meiq;*

Aliquãdo trocheus ĩ primo pede vt apud eũdẽ, *Solus in libia Indiaq; toſta.*

Aſclepiadeum Carmen habet ſpondeum Dactilum cum cæſura lõga, Deinde duos alios dactilos vt apud Horatium.

Mæcænas atauit edite Regibus;

Quem verſum ſic metire.

Mæcæ	Spondeus
nas ata	Dactilus
uis	Cæſura
edite	Dactilus
Regibus	Dactilus.

Vel dicas, quòd conſtat ex ſpondeo, & duobus choriambis, & pirrichio

Mecæ	Spondeus
nas atauis	Choriambus
edite Re	Choriambus
gibus	Pirrichius.

Carmen Gliconicum conſtat ex ſpondeo, & duobus dactilis in Seneca.

Tandem regia nobilis, quem ſic metire.

Tandem	Spondeus

regia Dactilus
nobilis Dactilus.

Carmen ſenarium Iambicum, cum purum, & integrum eſt, conſtat ex ſex Iambis vt Catullus.

Opus foret volare linteo.

Sed vt tardior grauiorq; veniret ad aures,

Vt Horatius in poetica tradit, in locis imparibus ſcilicet primo, tertio, & quinto admittit ſpondeum, & interdum omnibus in locis recipit tribachum, Dactilum, & Anapeſtum, vt apud Terentium.

Poeta cum primum animum ad ſcribendum appulit.

Quem verſum ſic metire.

Poe Iambus
ta cum Iambus
primani Dactilus
madſcri Spondeus
bendap Spondeus
pulit Iambus

Iambicum dimetrum cõſtat exequator pedibus Sed in primo, & tertio loco admittitur Dactilus ſpondeus, Iambus, & Anapeſtus, in ſecundo, & quarto loco ponitur Iambus vel tribrachus Horatius.

Terras, & humanum genus

Quem verſum ſic metire.

Terras Spondeus
& Hu Iambus

manum

manum Spondeus
genus Iambus
Idem Horatius in Epodo
Videre properantes domum
Vide Iambus
re prope Tribrachus
rantes Spondeus
domum Iambus

Multa alia carminum genera ſunt, quæ vnus quisq; auctores lectitando videre poterit; & ego bteuitatis ſtudio ea prætermitto.

De primis ſyllabis.

Quanta ſit prima ſyllaba octo modis cognoſcit.
Poſitione,
Vocali ante vocalem,
Dipthongo,
Præpoſitione,
Deriuatione,
Compoſitione,
Regula & Exemplo.

Poſitione producitur: eſt autem poſitio, cũ duæ ſequuntur conſonantes, vt ars, vel vna ex duplicibus vt Nix, aio, troia,
Verg. in 1. Georg.
Cum nix alta iacet, glaciem cũ flumina trudũt.
Verg. in 4. Aeneidos.
Quem ſecum patrios aiunt portare penates.
Vocali ante vocalem corripitur vt Deus, fluit, ait, & reliqua.

Verg.

Verg. in 6.

Tempus ait Deus, ecce Deus cui talia fanti.

Verg. In 3.Georg.

Ad terramq; fluit de vexo pondere ceruix.

Sed inſio niſi ſequatur, r, producitur.

Vergilius in 8.Egloga.

Omnia vel medium fiant Mare viuite ſiluæ.

Si aderit, r, corripietur.

Idem in 3. Æneidos.

Anchiſes fieret vento mora nequa ferenti.

Græca,& externa vt plurimum producuntur, vt Dius, laertes, Nais, lais, taygeta, Clio, aer, Pierides, Io filia Inachi, nam interiectio corripitur; Chios Inſula etiam corripitur: ſed adiectiuum producitur.

Laocon, Laomedon, Laodomia, Deiphobus, Chaon,Deiopeia,Deianira,Deidamia,Troas, Zoilus, Troilus, Caus; Cai genitiuus caſus primam producunt.

Perſius in prima Satyra.

Romulidæ ſaturi quid Dia poemata narrent.

Verg. in 3. Aeneidos.

Effugimus ſcopulos Ithacæ laertia Regna.

Idem in ſecundo Georg.

Taygeta, o qui me gelidis in vallibus Hæmi.

Horatius in arte poetica.

Perfidus Ixion, Io vaga triſtis oreſtes.

Verg. in 7.

Clamat Io matres audite vbicumq; latinæ.

Luca-

Lucanus lib. 8.
Quas Aſine cautes, & quas chios aſperat vndas.
Horatius ſerm. 1. lib. 1. Satyra 1.
Suauior vt chio nota ſi commiſta falerni eſt.
Claudius.
Haud aliter Iuuenum flammis Ephireia lais.
Verg. in 6.
Euanemq; & phaſiphaen, his Laodomia.
Verg. in 2. Aeneid.
Laocon ardens ſumma decurrit ab arce.
Verg. ibidem.
Laomedontiadæ bellum ne inferre paratis.
Verg. in 6.
Deiphobus contra ne ſæui magna ſacerdos.
Verg. in 1. Æneid.
Quarum quæ forma pulcherrima Deiopeiam.
Ouid. in Epiſtolis.
Impia quid dubitas Deianira mori?
Propertius lib. 2.
Scyria nec viduo Deidamia viro.
Ouid. lib. 2. de remed. amor.
Quisquis es ex illo Zoile nomen habes.
Ouid. in Epiſt.
In te fingebam violentos Troas ituros.
Verg. lib. 1.
Parte alia fugiens amiſſis. Troilus armis.
Mart. lib. 4.
Quod peto da Cai, non peto conſilium.
Ouid. lib. 3. de art.

Si

Si Venerem cous numquam pinxiſſet Apelles.
Cyane primam habet breuem cum pro Nympha ponitur.
Ouid. lib. 5. met.
Inter ſicelidas Cyane celeberrima Nymphas.
Cyane verò pro filia Meandri, producit primã.
Ouid. lib. 9.
Cognita Cyanee præſtanti corpore Nympha.
Idem lib. 10.
Vmbra loco venit non chaonis obſuit arbos.
Ohe priorem habet ancipitem.
Mart. *Ohe iam ſatis eſt obe libelle.*
Perſius. *Auriculis quib⁹ & dicas cute perditus obe.*
Eous habet primam communem.
Verg. 1. Georg.
Aut cum ſole nouo terras irrorat Eous.
Verg. in 3. Aeneidos.
Portus ab Eoo fluctu curuatur in arcum.
Diana primam habet ancipitem.
Horat. in art. poet.
Aſſuitur pannus quum lucus, & ara Dianæ.
Verg. in 1. Æneidos.
Exercet Diana choros, quam mille ſequuntur.
Dipthongo prima ſyllaba longatur vt Augeo, Cælum, & cæt.
Verg. in 6.
Laurenteſq; docet populos, vrbemq; Latini.
Ibidem.
Sed falſa ad cælum mittunt inſomnia manes.

Sequente autem vocali, corripitur vt ſuperius diximus.
Præpoſitione cognoſcitur hoc modo.
Omnes præpoſitiones in vocales deſinẽtes longantur vt a, de ſe e, pro di.
Verg. in 1. Aeneid.
Nec prius amiſſam reſpexi, animumq́; reflexi.
Verg. in 5.
Prona petit maria, & pelago decurrit aperto.
Idem in 4. Aeneid.
Et cum frigida mors anima ſeduxerit artus.
Idem in 9.
Procubuit ſubito, & cælum tonat omne fragore.
Horat. in art. poet.
Diſcunt in partes centum diducere dicat.
Verg. in 3. Aeneid.
Humentemq́; aurora polum dimouerat vmbrã.
Sed in diſertus, & dirimo breuiatur.
Ouid in 13. meta.
Talibus atq; alijs in quæ dolor ipſe diſertum.
Perſius in prima Satyra.
Et qui cæruleum dirimebat nerea delphin.
Verg. in 5.
Cede Deo, dixitq́ue, & prælia voce diremit.
Pro in his Græcis breuiatur.
Propheta, prolepſis, prologus.
Auſonius.
Tumites legum monitus, ſacroſq́; prophetas.
Et in his Latinis etiam corripitur profugus,
pro-

profeſtus, profugat, profugit, procelſo, profanus, profeſſus, pronepos, proficiſcor, profectus, proteruus, profundus, propago, nomē pro genere. pro uite autem in nominatiuo tantùm corripitur in alijs caſibus longatur.
Italiam fato profugus, lauinaq; venit.
Horat. 2. ſerm. Sat. 3.
Campana ſolitus trulla, vappamq; profeſtis.
Propert. lib. 3.
Magnū iter ad doctas proficiſci cogit Athenas,
Verg. in 12. Aeneid.
Quos contra Aeneadæ bello fecere profanos.
Idem in 1. Aeneid.
Hunc lætum, Tyrijsq; diem troiaq; profectis.
Horat. lib. 1. Epiſt.
Inter vina fugam & Cynaræ mærere proterua.
Verg. in 4. Aeneid.
Pallentes vmbras Erebi, noctemq; profundam.
Idem in 5.
Eſſe ſinent nimium vobis Romana propago.
Longatur pro in obliquis ejuſdē dictionis propaginis. Verg. in 1. Georg.
Siluarumq; aliæ preſſos propaginis arcus.
Idem. Ibidem.
Sed truncis oleæ melius propagine vites.
Horat. in art. poet.
Inceptis grauibus plerūq; & magna profeſſis.
Re corripitur vt, reuertor, reduco.
Verg. in 1. Aeneid.

Amiſ-

Idem 1. Aeneid.

Extulerat matris Ledæ mirabile donum.

Hæc quæ ſequentur quamuis à primitiuis breuibus deriuentur, tamen longantur.

Humanus	ab	humo	Laterna	a	lateo
Iucundus	a	Iuuo	ſimius	a	ſimulo
Sedes	a	ſedeo	caſus	a	cado
Vires	a	vireo	ferales	a	fero
Reges,& Regina	a	Rego	Ceritus,	a	cerere
Regula	a	Rego	Denus	a	Decem
Italia	ab	Italo	nonus	a	nouem
Voces	a	voco	ſecius	a	ſecus

Trimus,& trinus a ter, vomer a vomo, Iunior a Iuuene, Gradiuus a Gradu.

Horat. in art. poet.

Humano capiti ceruicem pictor equinam

Verg. in Georg.

At quæ pinguis humus dulciq; iligine læta

Horat. ibidem.

Aut ſimul & iucunda, & idonea dicere vitæ.

Verg. in 11.

Ducentem in lacum Teucros cecidiſſe iuuabit.

Idem in lib. 1. Æneid.

Imperio explebit, Regnumq; a ſede lauini.

Idem. Ibidem.

Circum clauſtra fremunt celſa ſedet Aeolus arce

Statius lib. 5.

Infantem linguam ſimium, ſalibusq; proteruũ.

Verg. in 2. Aeneid.

C *Votum*

Votum pro reditu ſimulant, ea fama vagatur.

Lucret. lib. 1.

Ferreus occultè decreſcit vomer in aruis.

Verg. In 2. Georg.

Mane ſalutatum totis vomit ædibus vndam.

Horat. lib. 2. Epiſt.

Qui vel menſe breui, vel toto eſt iunior anno.

Idem in poet.

O maior iuuenum quamuis & voce paterna.

Verg. lib. 2. Georg.

Laxāt arua ſinus ſuperat tener omnibus humor

Verg. lib. 1. Georg.

Per duodena regit mundi ſol aureus aſtra.

Perſi. ſat. 4.

Arua ſubit, vel cum fallit pede regula varo.

Hęc alia a primitiuis lōgis deducta corripiunt.

Dux cis a Duco — Arena ab area
Dicax a Dico — Aruſpex ab ara
Sopor & ſoporo à ſopio — Stabilis a ſto
Acerbus ab acer — Ariſta ab areo
Quater, & quaternus à quatuor ligula a lingua.
Titulus a tutando — ofella ab offa
Vitrum a uito — mamilla a mamma
Sodalis a ſuadeo — ſagax a ſagio
Manus a mano — fatuus a fatu
Sigillum a ſigno — tigillus a tigno.

Inuen. Sat. 6.

Cumq; paludatis ducibus præſente marito.

Verg. in 11.

Du-

Ducunt,& rutulo perfuſos ſanguine currus.
Horat. in art.poet.
Verum ita riſores ita commendare dicaces.
Verg. In Buccolicis.
Quale ſopor feſſis in gramine quale per æſtum.
Idem in 6.
Melle ſoporatam, & medicatis frugibus offam.
Idem in 5.
Hæc memorãs cinerem & ſopitos ſuſcitat ignes.
Idem in 3. Georg.
Aſper acerba ſonans, quo tota exterrita ſiluis.
Idem in 2. Georg.
Iam tũ acer curas venientem extendit in annũ.
Idem in 5.
Nudus,& ignota Palinure iacebis arena.
Idem in 3. Georg.
Arenteſq; ſonant ripæ,colleſq; ſupini.
Idem in 7.
Signaq; ferre iubent retinet longæuus Arvſpex.
Tibullus.
Cernite fulgentes vt eat ſacer agnus ad aras.
Idem lib. 2. Eleg. 1.
Illi compoſiti primum docuere tigilli.
Ouidius 8. met.
Sordida terga ſuis nigro pendentia tigno.
Horatius in art.poet.
Vtiliumq; ſagax rerum,& diuina futuri.
Verg. lib. 10. Aeneid.
Et linguæ volucrum,& præſagi fulminis ignes.

Compoſitione cognoſcitur hoc modo, vt ſi pono dicemus, & prior ſyllaba quanta ſit exquiremus, neceſſe eſt vt componamus hoc modo præpono, & accētu acuto produci ſciemus, ſed fallit in dictione notus, cuius prior longatur, & in compoſitione corripitur, vt cognitus, agnitus, ſic pronuba, innuba, a nubo, connubium verò ſecundam ſyllabam habet communem. Maledicus, benedicus, cauſidicus, falſidicus, a dico penultimam habent breuem, ſic deiero, peiero, à Iuro.

Vitium ſi componetur, ſecundam ſyllabam longam habet, vt conuicium.

Ambitus participium deductū ab itū longatur. Nomen verò corripitur, vt mox dicemus.

Verg. in 2. Aeneid.

Dona carere dolis Danaum ſic notus Vliſſes.

Idem in 1. Aeneid.

Tempore jam ex illo caſus mihi cognitus vrbis.

Iuuenal. Sat. 2.

Tu nube, atque tace donant arcana cylindros.

Verg. in 4. Aeneid.

Deueniunt, prima, & tellus, & pronuba Iuno.

Idem. Ibidem.

Connubijſummoq; vlularunt vertice Nymphæ.

Catullus.

Sed connubia læta ſed optatos hymenæos.

Mart. lib. 4.

Exercet raucos tertia cauſidicos.

Verg.

Verg. lib. 3. Georg.

Vlceris os alitur vitium, viuetq; tegendo.

Pacificus.

Inde mouent rixas, conuiciaq; aſpera miſcent.

Polit.

Quem vaga Clamoſæ reprimit conuicia linguæ.

Horat. 2. lib. carm. od. 8.

Vlla ſi Iuris tibi peierati.

Iuuen. Sat. 13.

Hic putat eſſe Deos, & peierat, atq; ita ſecum.

Ouid meta. lib. 1.

Iuſſit, & ambitæ circundare littora terræ.

Horat. in art. poet.

Et properãtis aquæ per amænos ambitus agros.

Regula cognoſcitur in hoc modo.

Omnia præterita biſyllaba producunt in priore ſyllaba, vt moui, vidi, legi, & cæt.

Verg. lib. 2. Æneid.

Promiſi vltorem, & verbis odia aſpera moui.

Verg. in Egloga 1,

Hic illum vidi Iuuenem Melibæe quotannis.

Hæc tamen corripiuntur.

Dedi, ſteti, tuli, ſcidi, bibi, fidi.

Vergilius Egloga 1.

Hic mihi reſponſum primum dedit ille petenti.

Verg. lib. 2. Georg.

Explicuit legio, & campo ſtetit agmen aperto.

Idem Georg. lib. 4.

Vita tulit triſti languebant corpora morbo.

Lucan. lib. 3.
Aut ſcidit, & medias fecit ſibi littora terras.
Verg. in Eglog. 3.
Claudite iam riuos pueri ſat prata biberunt.
Verg. lib. 9.
Diſſidit, & multa porrectum extendit arena.
Scidi ſi componitur vt abſcidi, habet mediam indifferentem.
Lucanus lib. 4.
Abſcidit noſtre multum ſors inuida laudi.
Omnia præterita geminata primam ſyllabam breuem habent, vt cecini, fefelli, cecidi, popoſci, momordi, pepigi.
Vetg. lib. 5. Aeneid.
Seraq; terrifici cecinerunt omnia vates.
Idem lib. 3. Georg.
Inter cunctantes cecidit moribunda miniſtros.
Idem lib. 1. Æneidos.
Hic Regina grauem gemmis, auroq; popoſcit.
Omnia ſupina biſyllaba producūtur vt motum, ſpretum, latum, viſum, luſum.
Verg. in lib. 2. Georg.
Naſcitur, & caſus abies viſura marinos.
Verg. lib 8. Aeneid.
Laturam auxilio.
Horat. lib. ſerm.
Luſum & Mecænas dormitum ego Virgiliusq;
Sed datum, rutum, citum, litum, itum, quitum, ſitum, ſatum, ratum, ſtatum corripiuntur.
Sta-

Staturus verò habet primam longam.
Verg.lib.1.Æneidos.
Sed mihi ſorte datum, tenet ille immania ſaxa.
Idem lib. 5.
Aut Ida in magna radicibus eruta pinus.
Valerius flac.
Vulnus, & extrema ſonuit cita cuſpide caſſis.
Verg. in 4. Georg.
Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis.
Idem lib.6.
Incluſas animas, ſuperumq; ad limen ituras.
Ouid.met. lib. 2.
Hic ſitus eſt phaton currus auriga paterni.
Verg. in 2. Aeneid.
At non ille ſatum, quo te mentiris Achilles.
Idem lib. 7.
Quis latio antiquo fuerit ſtatus aduena claſſem.
Luc. lib. 3.
Tunc res immenſo placuit ſtatura labore.
Verg. lib.2. Aeneid.
Nos abiiſſe rati, & vento petiiſſe Micænas.
Quanta fuerit ſyllaba præſentis temporis, erit aliorum temporum, vt rideo, ri producitur, ſic in alijs temporibus. Dono nas longatur, ſic in alijs temporibus.
Horatius in arte poetica.
Aut dormitabo, aut ridebo triſtia mœſtum.
Verg. in eclo. 5.
Hac te nos fragili donabimus ante cicuta.

Sed ſi in præteritis mutantur literæ, tunc regula fallit vt poſſum potui, pono poſui, cogo, coegi, gigno, genui.

Verg. lib. 1. Georg.

Poſſum multa tibi veterum præcepta referre.

Idem elo. 3.

Quod potui puero ſilueſtri ex arbore lecta.

Et in 2. Æneidos.

Sin aliquã expertus ſumptis ſpẽ ponis in armis.

Verg. in 3. Æneidos.

Hic, & Narycij poſuerunt mœnia locri.

Idem in eglo. 2.

Nil noſtri miſerere, mori me deniq; cogis.

Idem in 1. Aeneid.

Carmen, & egreſſus ſiluis vicina coegi.

Perſ. Sat. 3.

Quid ſumus aut quid nã Victuri gignimur ordo

Verg. in 4. Georg.

Inviſum fatis genuiſti, aut quo tibi noſtri.

A, in nominum incrementis producitur vt quarum Muſarum ſic etiam in verborum incrementis vt ſtabam ſed in do, das, breuiatur vt dabam, dabo, &c.

Verg. in 1. Aeneid.

Quarum, quæ forma pulcherrima Deiopeiam.

Verg. in 2. Aeneidos.

Dũ ſtabat Regno incolumis, regnumq; vigebat.

Verg. lib. 3. Aeneid.

Iura domosq; dabam ſubito cum tabida mẽbris.

Idem

Idem lib. 5.

Hāc tibi eryx meliorē animā pro morte daretis.

E, in incrementis, nominum, & verborum producitur, vt rerum, flebam, demus, &c. ſed grex gregis breuiatur.

Verg. in 1. Aeneid.

His ego nec metas rerum, nec tempora pono.

Ouid. in Epiſt. 1.

Flebam ſucceſſu, poſſe carere dolos.

Verg. in 6.

Nunc grege de intacto ſeptem mactare iuuēcos.

I, in nominum incrementis corripitur, vt ſtyx ſtygis, nix, niuis, tribus, quibus.

Pamphilus ſaxus.

Quæ nigras ſtygis horridæ paludes.

Verg, in Buccolicis.

Alpinas ah dura niues, & frigora Rheni

Idem in 2. Eglog.

Lenta quibus torno facili ſuper addita vitis.

Idem in 3. Georgicorum.

At tribus exactis vbi quarta acceſſerit ætas.

I, in quartæ coniugationis verborum incremētis producitur vt ibam, ibis, ito, quibo, ſic etiam ſimus, ſitis.

Verg. lib. 4. Georgicorum.

Ibat, & ingenti motu ſtupefactus aquarum.

Idem in eglog. 1.

Ite meæ quondam felix pecus ite capellæ.

Ouid. met. lib. 1.

Et

Et documenta damus quæ ſimus origine nati.

Idem de ponto lib. 4.

Si quis vt in populo, qui ſitis, & vnde requirat.

O in tertiæ declinationis nominum incrementis producitur vt vox vocis, ſol ſolis, ſed bos bouis breuiatur, bobus longatur.

Lucretius lib. 2.

Præterea teneri tremulis cum vocibus hædi.

Lactantius.

Altius igniuomum ſolem cæli orbita ducit.

Propertius lib. 3.

Vinxerunt Circen ſub trucis ora bouis.

Ouid. in epiſtola oenones ad Paridem.

Non profecturis littora bobus aras.

V, in nominum tertiæ declinationis incrementis corripitur, vt dux ducis, nux cis.

Verg. in 4. Georg.

Magnanimosq; duces totiusq; ex ordine gẽtis.

Idem in eglog. 8.

Sparge marite nuces tibi deſcrit Heſperus Oetam

Sed lux lucis, fur furis, & fruges producuntur in prioribus ſyllabis.

Ouid. lib. 4, met.

Hunc quoq; ſydereo, qui temperat omnia luce.

Verg. lib. 3. Georg.

Nocturnum ſtabulis furem incurſuq; luporum.

Lucretius lib. 1.

At nitidæ ſurgunt fruges ramiq; vireſcunt.

V, in verborũ incrementis breuiatur, & ſumus,

Verg.

Verg. in 1. Aeneid.
O ſocij neq; enim ignari ſumus ante malorum.

Bi, tri, in compoſitione breuiantur, vt biuium, biceps, biiugum, bifidus, trifaux, trifidus, triceps, triuium.

Verg. Aeneid. lib. 9.
Qui patet in biuio, portæ quæ proxima ponto.

Ouid in 1. de faſtis.
Iane biceps anni tacite labentis origo.

Verg. lib. 10.
Tum Pallas biiugis fugientem Rhætea præter.

Ouidius.
Bifidoſq; relinquit.

Verg. lib. 6.
Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci.

Ouid. lib. 7. met.
Tuq; triceps Hecate quæ cæptis conſcia noſtris.

Ouid. 2. met.
Naiades Heſperiæ trifida fumantia flamma.

Virg. eglog. 3.
Iuncta fuit, non tu in triuijs indocte ſolebas.

Bigæ vero bimus, trimus, ſi quid, trinacria producuntur. Idem maſculini generis producitur, neutri corripitur.

Verg. 2. Aeneid.
Raptatus bigis, vt quondam aterq; cruento.

Verg. eglog. 3.
Quin age, ſi quid habes, in me mora nõ erit vlla.

Verg. in 3. Aeneid.

Ante, & trinacria lentandus remus in vnda.
Verg. in eglog. 3.
Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit.
Idem in 11. Aeneid.
Eſſet par ætas, & idem ſi robur ab annis.
Exemplo cum ad Probatos Auctores confugimus, atq; eorum carminibus innitimur, vt ſi ſcire cupimus, ſterilis quanta ſit prima ſyllaba, ad Verg. recurramus carmen in 2. Georg.
Et ſteriles platani malos geſſere valentes.
Et ſic breuem eſſe patebit.
Si ſcire cupimus, pyri quanta ſit prior, ad eiuſdē carmen ibidem deſcriptum confugimus.
Flore pyri glandemq; ſuis fregere ſub vlmis, & breuem eſſe ſcimus, & ſic alia diſcernere poterimus, & hactenus de primis ſyllabis.

DE MEDIIS SILLABIS.

MEDIA ſyllaba eſt illa, quæ ponitur inter primam, & poſtremam, eaq; ſex modis cognoſcitur quanta ſit.
Poſitione,
Dipthongo,
Vocali ante vocalem,
Accentu,
Regula,
Et Exemplo.
Poſitione longatur, vt impendo, ingreſſus.
Verg.

Verg. in 4. Georg.

Vnde noua ingreſſus hominum experiētia cœpit.

Euge tuum,& belle,nam belle hoc excute totum.

Fere, ferme producuntur.

Verg. in 3. Aeneid.

Iamq; fere ſicco ſubductæ litore puppes.

Iuuena.

Mobilis, & varia eſt ferme natura malorum.

Fere apud Auſonium corripitur.

Sed vſq; bene,male,rite, quippe,nempe,age,vtpote,ecce vnde,inde,mane,here pro heri,fortaſſe ſiccinne,huccinne,paene, ſemper corripiuntur. Virg.lib. 2. Æneidos.

Erue-

Eruere agricolæ certatim illa uſq; minatur.
Horatius in arte poet.
Lætitiæ clamabit enim pulchre bene recte.
Virg. Eclog. 3.
Quin age, ſi quid habes in me mora non erit vllá.
Iuuen. vt ſup.
Res hodie minor eſt here quã fuit atq; eadẽ cras.
Perſius in Saty. 3.
Nempe hoc aſſidue iam clarum mane feneſtras.
- Horatius in arte poet.
Quo ſane populus numerabilis vtpote paruus.
Idem lib. 10. Aeneid.
Crediderat cæloq; animum fortaſſe ferebat.
Hodie vero quotidie, pridie, quare producũtur nam veniunt ab Ablatiuis quintæ declinationis.
Verg. lib. 2. Aeneidos.
Prælia nunquam omnes hodie moriemur inulti.
Apprime producitur.
Verg. lib. 2. Georg.
Flos apprime tenax animas, & olentia Medi
Licet aliqui legant apprima tempe cæte pluralia longantur.
Valerius flaccus.
Cerneret, & tempe viridi luctantia fumo.
Sil. lib. 11.
Admurmur cete toto exultantia ponto.
Aduerbia ſuperlatiui gradus longantur, vt maxime, minime.

Virg.

Verg. in 6.

Quod minime reris graia pandetur ab vrbe.

Auſonius.

Cum maxime nunc proloquor vbi Iambus eſt.

Interiectiones producuntur vt ve Pape ohe.

Perſ. in Sat. 5.

Marcus Dama papæ Marco ſpondente recuſas.

Mart. vt ſupra.

Ohe iam ſatis eſt, ohe libelle.

Coniunctiones in e, corripiuntur, vt atq; quoq; neq; nanq;.

Virg. Eclog. 2.

Atq; ſuperba pati faſtidia nonne Menalcam.

Idem in 7.

Tu quoq; littoribus noſtris Aeneia nutriz.

Idem in 1. Georg.

Sic quoq; mutatis requieſcunt ſatibus arua.

Idem in 12.

Nanq; Diu luctans lentoq; in ſtirpe moratus.

G, finita ſi reperiãtur producuntur, nt veſperug,
H, finita longantur, vt vah, Ioſeph, Ruth, Loth,
I, finita producuntur, vt dixi patri traxi.

Virg. iu 6.

Precipitans traxi mecum maria aſpera iuro.

Ei Dipthongus ini, contracta longatur vt Theſei Nerei, oilei.

Virg. in 1. Aeneid.

Vnius ob noxam, & furias Aiacis oilei.

Vocatiui Græci, tertiæ declinationis corripiũtur,

tur,vt Amarilli,Phylli,Alexi.

Ouid.in epiſt.vt ſup.

Phylli fac expectes Demophoonta tuum.

Virg.in eclog.9.

Necte tribus nodis ternos Amaryli colores.

Datiui tertiæ declinationis Græci corripiuntur & producuntur vt Palladi Minoidi.

Papinius Achil.2.

Palladi litoreæ celebrabat ſciros honorum.

Sabinus in epiſt. Demophoontis ad phyl

Phyllidi Demophoon patria demittit ab vrbe.

Valer.Flacc. produxit lib. 11.

Quàm Tethij repoſta dies glaucaq; repoſtam.

Sic etiam Catullus.

Tum Thedidi pater ipſe iugandum Pelea ſenſit.

Sic etiam Propertius.

Tindaridi poterant gaudia ferre ſua.

Cui quando eſt byſſiliabū ponitur indifferēter, Capel. lib. 10.

Et compar ſtudio,ſed cui terreus ortus.

Mart.lib.11.

Collatus cui gallus eſt priapus.

Eſt Hendeca ſyllabum carmen, & cui.

Eſt byſillabum habens duas breues.

Pronomina in i,longantur vt mei,tui,ſui, veſtri.

Virg. in Eclog. 8.

Nec noſtri generis puerum nec ſanguinis edunt.

Verg. lib. 4. Aeneid.

Dū memor ipſe mei dū ſpiritus hos reget artus.

Sed

tuum.

li colores.
corripiuntur
di.

norum.
phyl
it ab urbe.

repoſtam.

Pelea ſinꝯ.

ſua.
differéter,

rus.

i.

ſui, veſtri

inis edunt

eget artus
Sed

opinioni non adhæreo. Tamen breuiatur.
Ouidius in epiſt. 1.
Nil mibi reſcribas, At tamen ipſe veni.
En producitur.
Virg. in 1. Eclog.
Vſq; adeo turbatur agris en ipſe capellas.
Infinita longantur, vt Delphin, Salamin, & dicimus Salamis, & Delphis cùm ſyllaba longa in fine.
Accuſatiui in in, corripiuntur, vt Procrin, Ibin, Iſin, &c. Ouid. in Ibidem.
Et fletu madidis Ibin adite genis.
Idem 8. met.
Nectareis, q̄d alatur aquis ego Procrin amabā.
Verba pronomina præpoſitiones, & aduerbia in in, breuiantur vt audiſtin min, exin, ſatin: ſed ſin, & quin producuntur.
Verg. lib. 2. Georgicorum.
Quin etiam cæli regionem corticeſignant.
Virg. lib. 3. Georg.
Aptius vber erit ſin in ſua poſſe negabunt.
On terminata longantur, vt Macedon, Agamemnon, Acteon, Sarpedon, Corydon, Leon, nam ſcribuntur in nominatiuo per ω.
Ouid. in Ibidem.
Macedon icta eſt rapidis cum coniuge flammis.
Virg. lib. 1. Aeneid.
Sarpedon vbi tot ſimois correpta ſub vndis.
Idem in Eclog. 2.

Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexin.

Demuntur Græca, quę p omicron ſcribuntur vt. Barbiton, ilion, Pelion, herotion, nomen Puellæ. Ouidius.

Ilion, & tenedos, ſimoisq́; & xantus, & Ida.

Vergilius lib. 3. Georg.

Pelion hinnitu fugiens impleuit acuto.

Martial. lib. 5.

Pallida nec nigras horreſcat Herotion vmbras.

Accuſatiui etiam in on, breuiantur, vt orpheon nam veniunt à nominibus in eos, & in us, ſecundæ declinationis.

Ouidius.

Orpheon eſſe rate.

Genitiui plurales in on, longantur, vt cimmerion epigrammaton.

Tibullus lib. 4.

Cimmerion etiam obſcuras acceſſit ad oras.

Non producitur.

Virg. Eclog. 3.

Nō vnquā grauis ære domū mihi dextra redibat.

O, terminata verba variantur, vt cano, ſumo, lego, ſed ſcio, & neſcio corripiuntur.

Virg. in 1. Æneid.

Arma virumq́; cano Troiæ, qui primus ab oris.

Auſonius.

Separor vnus ego ſed partem ſumo minorem.

Virg. lib. 3. Æneid.

Hoc ſat erit ſcio me danais, & claſſibus vnum.

Idem

Idem lib. 1. Georg.

Neſcio qua præter ſolitum dulcedine læti.

Gerundia etiam variantur, ſed frequentius producuntur.

Verg. Eclog. 3.

An mihi cantando victus non redderet ille.

Iuuen. Sat. 3.

Plurimus hic Æger moritur vigilando ſed illũ.

Monoſyllaba longantur, vt ſto, do, flo, o

Verg. lib. 10.

Do quod vis, & me victusq́; volensq́; remitto.

Hæc aduerbia variata leguntur.

Sedulo	cito
Mutuo	vero
Imo	profecto
Crebo	ſero
	quando.

Virg. lib. 1. Georg.

Frigidus agricolam ſi quando continet imber.

Serenus. *Quando flagella ligas.*

Verg. lib. 5. Aeneid.

Nulli viſa cito, decurrit tramite virgo.

Mart. lib. 3.

Alcide cito, dij ſed tibi ſerodabunt.

Tibullus.

Heu ſero reuocatur amor ſeroq́; iuuentus.

Ergo coniunctio variatur.

Virg. Eclog. 1.

Fortunate ſenex ergo tua rura manebunt.

Auguſtus in Virg. Æneid.

Ergo ne ſupremis potuit vox improba verbis.

Hæc quæ ſequntur corripiuntur.

Modo	quomodo
Cedo	prodie
Illico.	

Virg.lib.11.

Quæ modo victorem latio Pallanta ferebat.

Mart.lib.3.

Cum ſit tam pauper quomodo cæcus amat.

Datiui, & Ablatiui in o, producuntur, vt vento oceano.

Verg.lib.3.Aeneid.

Imperium oceano famam, qui terminet aſtris.

Aduerbia a nominibus nata producuntur.

Denuo	tanto
Falſo	primo
Subito	multo.

Virg. in 6.

Excuſſiſſe Deum tanto magis ille fatigat.

Verg. in 2. Aeneid.

Euaſiſſe viam ſubito cum creber ad auras.

Nomina in o, quæ habent genitiuum in us, producuntur, vt Alecto, dido, Argo, Clio.

Verg. lib. 7.

Reginam Alecto ſtimulis agit vndiq; Bacchi.

Idem lib. 3. Æneid.

Imperium Dido tyria regit vrbe profecta.

Nomina tertiæ declinationis in o, variantur, vt

vt ſermo leo.
Cornellius Gallus.
Sed nihil hic clamor nil ſermo mitis agebat.
Verg. de ſignis.
Horrendus q; leo ſequitur cum virgine ſancta.
Idem.
Inſequitur leo ſæuus, & almæ virginis aſtrum.
Sed Cato, Scipio, Apollo, Agamemno rectius corripinntur.
Sidonius.
Rugato Cato tetricus libello.
Stat. in Ach.
Cõclamãt Danai ſtimulatq; Agamemno volẽtes
Verg. in 6. *O virgo noua mi facies inopia vt ſurgit.*
Duo corripitur.
Virg. in Eclog. 2.
Præterea Duo nec tuti mihi valle reperti.
R, finita breuiantur, vt Cæſar, amor, victor, mulier, precor, Martyr, quater.
Verg. lib. 3. Georg.
In medio mihi Cæſar erit templumq; tenebit.
Idem Ibidem.
Illi victor ego, & Tyrio conſpectus in oſtro.
Hæc quæ ſequuntur ſunt producta.

Iber ri	Aether
Character	Stater
Panther	æer
	crater

Ouidius.

Lucidus hic aer, & quæ dico corpora reſtant.

Idem.

Audiet hoc Aether & ſi Deus vllus in illo eſt.

Idem.

Summus in aurato crater erat aſper Achanto.

Lucanus lib. 6.

Si tibi Durus iber aut ſi tibi terga dediſſet.

Celtiber variatur.

Hæc monoſyllaba producuntur.

Nar	far
Par	lar
Cur	fur

Verg. lib. 7.

Sulfurea nar albus aqua fonteſq; velini.

Ouid. 1. faſt.

Far erat, & puri lucida mica ſalis.

Orat. Saty. 3. lib. 2.

Ludere par impar equitare inarundine longa.

Verg. lib. 2. Aeneid.

Fœdauit vultus aut cur hæc vulnera cerno.

Perſius.

Fur es ait Pedio Pedius, quid crimina raſis.

Ouid. 5. faſt.

Exagitant lar, & Iuba Diana fures.

Hæc breuiantur per, ter, fer.

Virg. 1. Georg.

Munere conceſſæ diuum, et via ſecta per ambas.

Idem lib. 3. Aeneid.

Vade age, & ingentē factis fer ad æthera troiā.

Hæc

Hæc ambiguè ſunt cor,impar, diſpar.
Auſonius.
Tres primus par impar habet mediumq́; ſed ipſe.
Horat.
Ludere par impar equitare,&c.
Aninus.
Diſpar erat fragili,& ſolidi concordia motus.
Ouid.in ponto.
Hei mihi,quam diſpar eſt locus ille Getis.
Mart. lib.10.
Dotatæ vxori cor arundine fixit acuta.
Ouid.in epiſt.
Molle meum leuibus cor eſt violabile telis.
V,terminata producuntur, vt genu.
Verg.1.Aeneid.
Nuda genu nodosq́; ſinus collecta fluentes.
As finita producuntur, vt muſas,donas Pallas.
Pallantis,fas,nefas,cras,aleas.
Verg. in 8.
Ante vrbem in luco Pallas huic filius vna.
Idem Eclog.3.
Aurea mala decem niſi cras altera mittam.
Nomina Græca, quæ habent gignendi caſum in ados,vel in adis,lampas pleias corripiuntur.
Ouid.met.lib.5.
Bellica Pallas adeſt te protegit Aegide fratrem.
Verg.lib.4.Georg.
Pleias, & oceani ſpretos pede reppulit amnes.
Maſculina Græca longantur,vt Aeneas gigas.
Virg.

Virg.lib. 5.

Tum pius Aeneas humeris abſcindere veſtem.

Accuſatiui Græci plurales corripiũtur vt Troas Lampadas, Delphinas.

Verg.lib 5.

Demoleos curſu pallantes Troas agebat.

Lucret.lib. 2.

Lãpadas igniferas manibus retinentia dextris.

Verg. in eclo. 8.

Orpheus in ſiluis inter Delphinas Arion.

Es finita longantur, vt ꝓgenies Dies, Doces, &c.

Verg.lib. 5.

Progenies auctura Italos, quem Tracius albis.

Es a, ſum, es, eſt cum ſuis compoſitis corripitur vt Ades prodes.

Virg. Aeneid.lib.2.

Quiſquis es amiſſos hinc iam obliuiſcere graios.

Idem Ecloga 2.

Huc ades, o formoſe puer tibi lilia plenis.

Es verg ab edo producitur.

Nomina tertiæ declinationis corripientia penultimam genitiui creſcentis corripiuntur, vt ſeges, miles, interpres, pedes, peditis, eques & Diues teres.

Inquies etiam corripit quamuis habeat penultimam genitiui creſcentis longam.

Horat.in 1.lib. ſer. Saty. 1.

Miles ait multo Iam fractus membra labore.

Idem in art. Poet.

Diues

Diues agris, diues poſitis in fenore nummis.

Sed abies paries Ceres, Aries, ſpes, res, vt ſonipes quadrupes, & pes cũ cõpoſitis longantur.

Virg. Eclog. 8.

Populus in fluuijs abies in montibus altis.

Idem Eclog. 3.

Creditur ipſe Aries etiam nunc vellera ſiccat.

Virg. de Viro bono.

Securus mũdi inſtar habens teres atq; rotũdus.

Virg. lib. 1. Georg.

Flaua ceres alto ne quidquam ſpectat olimpo.

Idem lib. 3. Georg.

Deſuper aurigæ dexter pes imminet aſtro.

Idem lib. 4. Aeneid.

Stat ſonipes, & frena ferox ſpumantia mandit.

Penes præpoſitio breuiatur.

Horat. in arte Poet.

Quem penes arbitriũ eſt vis, & norma loquendi.

Aduerbia in es longantur Centies Millies, &c.

Nomina Græca in numero plurali Creſcentia corripiuntur, vt Arcades, Troades, Troes, Vaſcones Delphines, Crateres, Striges, Britones, Peanes, Sirenes, Lingones, Populi, Tripodes.

Virg. lib. 5.

At procul inſola ſecretæ Troades acta.

Idem Eclog. 7.

Ambo florentes ætatibus Arcades ambo.

Iuuen. Sat. 5.

Vaſcones vt fama eſt alimentis talibus vſi.
Verg. lib. 1. Aeneid.
Egreſſi optata potiuntur Troes arena.
Pap. Th.
Nocturnæq; gemunt ſtriges, & feralia Bubo.
Iuuenal.
Quo nec terribiles Cimbri, nec Britones vnquã.
Idem. Sat. 7.
Stãtibus œnophorũ Tripodes armaria Cunctas
Nomina neutri generis corripiuntur, vt Hippomanes Cacoethes ideſt malus mos.
Iuuenal. Sat. 7.
Scribendi Cocoethes ægro in corde ſeneſcit.
Is terminata corripiuntur, vt ignis patris.
Virg. lib. 2. Aeneid.
Ilicet ignis edax ſumma ad faſtigia vento.
Monoſyllaba producuntur, vt Dis, lis, vis, glis; Fauſtus.
Haud dormit rebus Ceu glis hibernus ademptis.
Ouidius.
Lis eſt cum forma magna pudicitiæ.
Sed quis Is in Nominatiuo, & mis, & tis, corripiuntur.
Virg. lib. 4. Aeneid.
Sed quis erit modus aut quo nũc Certamine tãto
Idem lib. 9.
Et primũ Antiphaten is enim ſe primus agebat.
Producuntur etiam habentia genitiuum in entis, vt Pirois, ſimois.

Ouid.

Ouid.in Epiſt.1.

Hac ibat ſymois hic eſt Sigeia tellus.

Idem.

Interea volucres Pyrois, Eous, & aethon.

Producuntur etiam creſcentia genitiua penultimam longam, vt ſamnis tis.

Similiter habentia genitiuum in nis

Salamis	nis
Delphis	nis
Eleuſis	nis

Datiui, & ablatiui in is, longantur vt Dominis ſiluis, quis pro quibus.

Verg.lib.1.Aeneid.

Et ſiluis aptare trabes, & ſtringere remos.

Idem ibidem.

Quis ante ora patrum Troiæ ſubmænibus altis.

Secundæ perſonæ, quartæ coniugationis in numero ſingulari præſentis, temporis, modi, indicatiui, vt audis punis producuntur.

Prop.

Non audis, & verba ſinis mea ludere tecum.

Ouidius Corripuit neſcis in Epiſtolis vtens ſyſtole.

Neſcis an exciderent mecũ loca venimus illuc.

Proper. Eadem figura vtens corripuit dormis.

Et ſoror, & cum qua dormis amica ſimul.

Sed ego credo, quod apud Ouidium ſit legendũ neſcio, & apud Prop. dormit in tertia perſonã

Venis, aduenis, peruenis, apud Rigam Seduliũ, & Ara-

& Aratorem corripiuntur.
Riga.
Dum venis in Regnum Chriſte memento mei.
Sedul.
Peruenis ad Chriſtũ nõ Chriſtus peruenit ad te.
Arator.
Aduenis incluſo ſoluere vincla gregi.
Ais corripitur,& à Sidonio,& Perſio.
Sidonius in Epithalamio Polemij.
Prienee Bia pluris ais eſſe malignos.
Perſius. *Hunc ais hunc,&c.*
Producuntur etiam vis, à volo, is, ab, eo,velis, nolis, ſis, adſis, cum alijs compoſitis ſaxis, malis,mauis, ſcis.
Martialis.
Eſſe velis oro ſerus conuiua tonantis.
Ouidius.
Triſtis abis oculis abeuntem proſequor vdis.
Idem.
Sis argumentum maius an auxilium.
Tempora coniunctiui ſingularis numeri corripiuntur,& aliquando à Poetis producuntur.
Horat. lib. 4. ode 7.
Cuncta manus auidas fugiunt hæredis amico.
Quæ dederis animo.
Tibullus lib. 4.
Reſpueris etiam Phœbo gratiſſima Dona.
Verg. in 6.
Quas gentes Italũ, & quas non oraueris Vrbes.
Horat.

Horat.in art. Poet.

Dixeris egregie notum ſi Callida verbum.

Dicunt aliqui præterita ſemper eſſe producta, & futura ambigua tu vero probatorum Auctorum exemplis adhæreas.

Aduerbia breuiantur, vt ſatis, bis.

Virg. lib. 6.

Nec vidiſſe ſemel ſatis eſt, iuuat vſq; morari.

Petrarcha.

Conſtituit menſes quinq; bis eſſe ſuo.

Coniunctio producitur, vt quamuis.

Virg. lib. 8.

Quamuis, & Priami deberem plurima natis.

Os terminata producũtur, vt Dominos noſtros bos, flos, nepos, os, oris, Mos, ris.

Ouidius.

Bos aret ignauum ſacrificante ſuem.

Verg. lib. 3. Æneidos.

Troiã animis maneat noſtros ea cura Nepotes.

Idem lib. 3. Georg.

Vlceris os alitur vitium viuitq; tegendo.

Sed os, oſſis, nam ab exos adiectiuum venit compos, impos, & Græca Neutra, vt Chaos, Melos, Argos, & omnia alia, quæ tranſeunt in ſecundam declinationem Latinam corripiũtur, vt Arctos, Tyros, Ilios, lemnos.

Lucret. lib. 3.

Exos, & exanguis timidos perfluctuat artus.

Lucan. lib. 3.

Et

Et Tyros inſtabilis pretioſaq; murice ſidon.

Ouid. de arte amand.

Inſequere, & voti poſt modo compos eris.

Verg. Æneid 6.

Et chaos, & phlegethon loca nocte ſilentia late.

Ouid. in epiſt.

Non ſenis Oetæ Regia lemnos erat.

Lucan. lib. 6.

Nunc ſuper Argos Arant.

Genitiui Caſus in os, corripiuntur etiam.
Vt Archados, Pallados, Thethyos, Mæotidos Orpheos, Tereos.

Ouid. 1. met.

Archados hinc ſedes, & in hoſpita Tecta Tyrāni.

Ouid. de faſt. lib. 5.

Thethyos has neptes Oceaniq; ſenis.

Martial.

Pallados, & templi limina Coſme noui.

Græca, quę emittunt genitiuum in o, producuntur, vt Cos, Co, Androgeus o, Athos Atho.

Verg. lib. 2. Aeneid.

Androgeos offert nobis ſocia agmina credens.

Herós, Minos, & Tros longantur.

Verg. in 6.

Tros ait Aenea ceſſas in vota preceſq;.

Vs finita breuiantur, vt arduus, ſtridentibus, queſtibus ſic etiam. Nominatiuus, & Vocatiuus ſingularis numeri quartæ declinationis vt ſenſus, viſus.

Virg.

Virg. lib. 5.

Arduus attollens pars vulnere clauda retentat.

Idem lib. 8.

Conuulſum remis roſtris ſtridentibus æquor.

Idem lib. 9.

Telorũq; memor Calũ de hinc queſtibus implet.

Claud.

Quercus amica Ioui tumulos tectura Cupreſſos.

Monoſyllaba producũtur, vt mus, Thus, ſus, rus, plus, pus.

Virg. lib. 4.

Fiet enim ſubitoſus horribus atraq; Tigris.

Nomina creſcentia in genitiuo, penultima longa producuntur;

Vt Virtus	tis
Tellus	ris
Salus	tis
Incus	dis
Palus	dis

Horat. in 1. Epiſt.

Virtus eſt vitium fugere, & ſapientia prima.

Ouid. 1. meta.

Mox etiam fruges Tellus inarata ferebat.

Virg. lib. 6.

Fata obſtant triſtiq; palus inamabilis vnda.

Sed Horat. in arte Poetica corripit.

Regis opus ſterilisq; diu palus aptaq; remis.

Capella lib. 6. breuiat Tellus erat.

Sed hic non eſt imitandus.

Prodbcuntur etiam habentia genitiuũ in vntis.
vt Ceraſus tis Opus Amath' Trapezus Hydr'.
Virg.lib. 10.

Eſt amathus eſt Celſa mihi Paphus atq;Cythera

Producuntur etiam Græca in pus habentia Genitiuum in odis vel in o.
Ood pus dis Tripus dis Melampus Panthus Androgeus. Verg. lib.2.Aeneid.

Panthus otriades arcis Phæbiq; ſacerdos.

Producuntur etiam Græci Genitiui.
Vt ſapho us, Manto us, Clio us.
Virg.lib. 10.

Fatidicæ Mantus,& Tuſci filius amnis.

Alcinus Alcionis longatur.
Alcinous breuiatur.
Secus Tenus corripiuntur.
Virg lib.2.Aeneid,

Haud ſecus Androgeos viſu tremefactus abibat

Idem lib. 2. Aeneidos,

Extulit ac lateri capulo tenus abdidit enſem.

Polypus, Oribaſus, Pamphagus Corripiuntur.
Horat.

Polypus an grauis hirſutis cubet hircus in alis.

Ouid.meta.lib.3.
Pamphagus,& Dorceus,et Oribaſus Arcades oẽs.
Ieſus nomen humani generis redemptoris producitur, producuntur etiam Genitiuus ſingularis, & Caſus plurales quartæ declinationis.

Ouid.

Ouid.

Adde manus in vincla meas meruere Cathenas.

Ys terminata breuiantur, vt Chlamys.

Statius.

Chlamys horrida pendet.

Sed facientia genitiuum in os, producuntur, vt Tethys Erinnys. Verg. lib. 1. Georg.

Teq; ſibi Generum Tethys emat omnibus vndis.

T, finita corripiuntur, vt detinet Caput.

Verg. lib. 4. Aeneid.

Detinet infandum ſi fallere poſſit amorem.

Idem Eclog. 1.

Verum hæc tãtũ alias inter caput extulit Vrbes.

Præterita ſincopata in t, deſinentia indifferẽter ponuntur, vt fumat pro fumauit, petit pro petiuit, Interijt pro interiuit, obit pro obiuit.

Virg. lib. 9.

Sceptra palatini ſedemq; petit Euandri.

Quamuis alij legant petiuit, ſed ego ſentio cum Politiano eſſe verum ſpondaicum in miſcell. cap. 7.

Ouidius lib. 4. meta.

Arduus in nubes abijt, & in æquore ſummo.

Iuuenalis.

Magnus Ciuis obit, & formidatus Othoni.

Virg. lib. 9.

Audijt, & Cæli genitor de parte ſerena.

X, & Z, finita longantur, vt lux Achaz.

Virg. lib. 1. Aeneid.

Vt primum lux Alma data eſt, exire locosq;.

DE ACCENTIBVS.

CVM accentuum cognitionem in ſyllabarum pronuntiatione omnibus, & artem metricam callentibus ſummopere prodeſſe nō me lateat, de illis agam, quam breuiſſimè, vt proſodiæ tractatus adamuſſim explicetur.

Eſt igitur accentus lex quædam ad eleuandam, vel deprimēdam vocem accomodata, & tres ſunt, quibus latini vtuntur.

Grauis, Acutus, Circumflexus.

Grauis eſt virgula ſeu nota quædam deſcēdens per obliquum à ſiniſtra in dexteram partem.

Acutus eſt virgula, ſeu nota aſcendens per obliquum à ſiniſtra in dexteram partem, & eleuat ſyllabam.

Circumflexus eſt nota coſtans ex acuto, & graui, & a ſyllabam eleuatam deprimit in fine.

Grauis cum abſunt acutus, & circumflexus in vltima ſyllaba locatur, vt Porrò.

Acutus in penultima. & ante penultima.

Circumflexus in pen. locum habet, ſed hodie, vt ait Emmanuel nō eſt in vſu cum eodem tono acutas, & circumflexas voces efferamus.

Omnis Dictio, Monoſyllaba quantacunq; ſit acuetur vt dos, Mos, nix, me, te.

D Diſyl-

Diſſillaba dictio ſiue ſit longa prior ſiue breuis, ſiue vtraq; ſit correpta, vel producta eodem acuto gaudet accentu, vt bella legunt Deum.

Polyſyllaba dictio ſi penultimam habebit breuem in ante penultima acutum recipiet, vt Dominus Virgilius, ſi vero penultimam habebit longam, vel natura, vel poſitione in eadem ſyllaba acutum retinebit, vt Mortalis Romanus potentes.

Differentiæ cauſa, aduerbia graui notanda accentu puto, vt vnà porrò aliò iuſtè piè palàm ferè, ne videantur eſſe nomina.

Sic etiam ponè, vt putà, ne videantur verba.

Sic eò illò ne videantur pronomina.

Sic profectò doctè ne participia cenſeantur.

Et quamuis quintilianus doceat, acuto, & circumflexo nullam latinam vocem claudi. ideſt acutum, & circumflexum minimè notari in fine latinæ cuiuslibet vocis, dę graui tamen accentu nullam mentionem facit, ergo quin illo accentu ſignentur aduerbia nō prohibet.

Eiuſdem Quintiliani doctrinæ inhærendo nullo quidem pacto poſtremas ſyllabas, illic, iſtic, illuc, iſtuc, exin, dein, proin, Arpinas deduc, acuam, vel circumflectã, cum huiuſmodi accentus à poſtremis ſyllabis, prorſus repellat.

Frigefac, calefac, madefac, in primis ſyllabis, acutum, retinere accentum aſſerimus, cum penultima corripiatur.

Non aſſentior illis,qui duntaxat,deinde.aliquãdo.ſiquando,nequãdo,affatim,deorſum,ſeorſum,exaduerſum,quinimmo,nimirum,Pentecoſte , in antepenultima habere acutum ratione compoſitionis,ne duæ dictiones putentur,tuto affirmant,cum Gellius lib. 7. cap. 7. horum opinionem improbare videatur, quare earum dictionum penultimas acuendas aſſero nec compoſitionis ratio viget , nam non ſeruatur idem in omnibus dictionibus compoſitis,cum præpono, compello, extollo, penultimam acuamus .

Incliticæ dictiones ideſt Inclinatiuæ,que,ne,ue, ſeparatim , uel coniunctim pronnntiantur, ſi coniunctim, tunc videndum eſt an vltima ſyllaba ante incliticam ſit breuis nam ponetur accentus acutus in antepenultima, vt Carminaq́; ſi vero ſit producta in penultima eũdem habebit accentum,vt Poetæq́;vel vtraq́;ſuum ſeperatim habent, vt poetæ quæ.

Abſciſſionis cauſſa dixerunt aliqui non mutandum eſſe accentum, vnde Virgili,Mercuri,in penultimà accentum,acutum,eſſe docuerunt ſed horum opinio à Gellio in 13. lib. cap. 24. improbatur, quare iure , antepenultimam acuendam duco Horati vero cum penultimã habeat natura longam in eadem ſyllaba habet accentum .

Aliquãdo ratione metri mutatur accentus vnde

tene-

tenebræ Volucres palpebræ ſi in Carmine ꝓducentur in penultimis habebunt accentum, vt apud Virg. lib. 3. Aeneid.

Obſcœnas pelagi ferro fœdare volucres.

Si vero corripientur, in antepenultima, vt dictū eſt habebunt accentum.

Multa ſunt concidētia in quibus plures diſcernendi Characteres eſſe poſſunt vtpote, ſi quis pronunriaret parere pro obedire, acuto vteretur in penultima, ſi vero pro fœtum emittere in antepe: eodem vteretur accentu, iacere pro cubare penultima, pro emittere, antepenultima accuetur: patere ideſt eſſe apertum pen. patere ideſt ſufferre antepen. acuetur, legere preteriti tēporis, penultima, legere preſentis antep. acuetur.

Anathema pro excommunicatione in antepenultima habebit accentum cum à Græcis per ε ſcribatur, ſi vero accipiatur pro dono Dijs Dicato in parietibus, & columnis templi ſuſpenſo penultima acuetur cum ſcribatur per η, a Græcis.

Græca ſunt græco pronuntianda accentu ſi vero ad latinorum regulas traducentur, quę ſupra retulimus pręcepta obſeruari debēt, vnde apud Verg. in Georg.

Caſtorea Eliadum palmas Epyros Equarum.

Vnde Epyros primam acuit quamuis ſit penultima lōga, & Græcorū more apud quos quātitati

titati ſyllabarum Contrarius eſt accentus.

Cyclopum,ſeu Cyclopis, & Cyclopes in ſecũda ſyllaba accentum habent, nam Latinorũ more efferimus, ſed Cyclopas more Græcorum dicimus, & primam acuimus, quamuis media ſit longa.

Virg.in 12. Aeneid.

Exulat Aetneos vidit Cyclopas Vliſſes.

Theologia,Academia,Philoſophia,Phantaſia, Sophia,Harmonia, Ortographia,Melancholia, Proſodia, Ætÿmologia,Euchariſtia, Bigamia, in penultima apud Græcos retinent accentum quamuis eadem ſyllaba corripiat. Apud Latinos vero ante penultima acuetur.

Eorumdem nominum aliqua à Viris non ineruditis penultima longa afferri ſolent, & propterea, ſi quid eorum eſt efferendum auribus & Conſuetudini ſtandum Cenſeo.

Alexandria, Latria, Thalia,Antiochia, Langia, Laodomia,Darius,Ergia, Deidamia,Hyppodomia,Magia,Geomãtia,Pyromantia, & reliqua, a Mantia compoſita penultimam Latinorum more, Græcorum vero antepenultimam acuimus.

Orpheus,Theſeus,Phalareus, Atreus,Tereus,& ſic in reliquis Caſibus Orphei, Orpheo, Orpheum, ſi Dipthongus ſoluetur primã acuet: ſed Orphea, Atrea,Accuſatiui græci accentũ in penultima habere poterũt more Græcorũ.

Orpheus

Orpheus a, um, nomen adiectiuum in penultima habet accentum.

Hæbrea nomina cum ſint indeclinabilia ſuum accentum retinebunt.

Vt Ephrata Melchiſedech in penultima accentum acutum habebunt, ſi vero declinationi darentur, vt Ephrata tæ, Melchiſedech Melchiſedechis, Latino accentu efferentur, & in nominatiuo acutum retinebunt in an tima, hactenus de accentibus.

F I N I S.

INDEX
EORVM OMNIVM QVAE HOC IN LIBELLO CONTINENTVR.

A

Napæſtus. 17
Antibachius ibidem.
Aſclepiadeũ. 24
Aio. 26
Aer. 27
Ambitus participium. 36
A in nominum incremẽtis. 40
Alius in ſyllaba. 46
A ante us. 47
Alexandria in ſyllaba. 49
Antiochia. ibid.
Aon terminata. 50
Aglaodos. ibid.
Aia terminata. ibid.
Andreas. 51
Ambit⁹ a um ab eo is. 54
A in verborum incremẽtis. 58
Amazon. 66
Ægeon nis. 67
Ædon nis. ibid.
Agamenon. ibid.
Agon. 67
A terminata. 68
Aduerbia in e 75
Apprime. 76
Aduerbia in i 79
Amithaon.) 50
Amichaon.) 81
An terminata. 81
Accuſatiui in en 82
Accuſatiui in in 83
Asfinita. 89
Accentus quid 100
Accẽtus quotuplex. ibid.
Anathema vbi habet accentum. 103

B

Bachius. 17
Bi in cõpoſitione. 43
Benedicus in compoſitione.

tione. 36
Bigæ. 43
Bimus. ibid.
Bombycinus. 62
Byſſinus. ibid.
B, terminata. 11
Bibi. 37

C

Conſonantes. 11
Conſonantium diuiſio. ibid.
Carmen quid. 18
Cæſura in ſinalæphā cadens. 22
cæſura prior breuis ibid.
Coriambus. 18
Cōpoſitione quomodo prima ſyllaba noſcatur. 36
Chaon in ſyllaba. 27
Clio in ſyllaba. ibid.
Chios. ibid.
Cui. ibid.
Cyane in ſyllaba. 29
Cognitus in compoſitione. 36
Connubium. ibid.
Conuicium. ibid.
Cauſidicus. ibid.
Citum. 38
Chorea. 51
Choreus. 52
Cecidi a cædo. 53
Cunctipotens. 54
Carpophorus. 56
Cymothoe. ibid.
Compoſita adotus. ibid.
Calefacit. 57
Clandeſtinus 62
Cupreſſinus.
Carbaſinus.
Cryſtallinus. 63
Crocinus.
Coccinus.
Colorum nomina. 62
C, finita. 73
Coniunctiones in e 77
Coniunctiones in i 80
Cui. 80
Cytherea. 51
Cor. 89

D

Dipthongi quot ſunt. 10
Duplæ quæ. 11
Diæreſis quæ. 12
Dipthongus quando corripitur. 12
Dactilus. 17

Diſpondeus. ibid.
Diambus. ibid.
Ditrocheus. ibid.
Dius. 27
Deiphobus.
Deidamia.
Deianira. } ibidem.
Deiopeia.
Diana. 29
Diſſoluo quadriſyllabum. 13
Diſertus.)
Dirimo.) 30
Deriuatione prima ſyllaba. 32
Deiero. 36
Dedi. 37
Datum. 38
Deriuantia longa a breuibus. 33
Deriuantia breuia a longis. 34
Darius. 49
Didymaon. 50
D, finita. 74
Donec. 73
Datiui tertiæ declinationis Græci. 78
Diſpar. 89

E

Ectaſis. 16
Eclipſis. 15
Exametrum. 18
Elegiacum carmen. ibid.
Euoluo quadriſyllabũ. 13
Eous. 29
E, in nominum, & verborũ incrementis. 41
Exẽplo prima ſyllaba. 44
E, in nominibus quintæ declinationis præcedẽte. 46
E, ante a 51
E, ante us. 52
E, in compoſitione. 57
E, ante r 59
E, finita. 74
En finita. 87
Es finita. 90
Es a ſum eſt. 90
Es ab edo. ibid.

F

Falſidicus. 36
Fidi. 37
Figuræ carminis di mẽſioni accidentes. 12
Faginus. 62
Fac 72

Fri-

Frigefacit. 57
Fer. 88

G

Genera carminũ. 18
Gliconicũ carmẽ. 24
Gabbaon. 50
Glaucinus. 62
Geryon. 65
Græca nomina ſi reducãtur ad Latinorũ vſum quomodo ſint pronunciada. 103

H

Heu ſequente vocali. 14
Hipermeter. 15
Hiacynthinus. 63
Harmonia. 48
Helias. 49
Hic pronomen. 73
H, finita. 77

I

I Tranſit in conſonantẽ & duplicem. 11. & 13
I, in principio dictionis ſequenti vocali. ibid.
Iambus. 17
Iambus, in phalcucio. 24
Iambicum ſenarium. 25
Iambicum demetrũ. ibid.
I, in nominum, & verborum incremẽtis. 41
Iſtius, ipſius, illius. ibid.
I, ante a 47
Iſrael. 49
Imaon. 50
Idea. 51
I, in compoſitione. 54
I, ante tum, in aliquibus producitur, & in aliquibus corripitur. 53
I, ante t, in præteritis tertiæ, & quartæ cõiugationis deponentiũ. 54
Iber. 59
I, vel y, ante x, in nominum incrementis. 60
I, in verborum incremẽtis. 63
I, ante rimus, & ritis. 64
Ianthinus. 63
Iaſon. 65
Ixion. ibid.
Inuenimus in præsẽti. 64
Ita. 72
Interiectiones in e 77
I, finita. ibid.
Iſrael in fine. 81

Infinita. 83
Impar. 89
Is, terminata. 92
Ieſus. 98

L

Litteræ quot. 9
Litteræ accidentia 9
Litterarum diuiſio. 10
Liquidæ. 11
Laertes. 27
Laocoon. 27
Laomedon. ibid.
Litum. 38
Liquida poſt mutam. 45
Lycium. 49
Liquefacit. 77
Lapillorum nomina. 62
Lac. 73
L, finita. 80

M

MVtæ. 11
M, ſola expungitur. 15
Maledicus. 36
Moloſſus. 17
Media ſyllaba. 44
Maria. 48
Michael. 49
Malea. 51
Mediaſtinus. 62
Murrhinus. 63
Materiarum nomina. 62
Memnon. 62
Mango. 67
M, finita. 81
Mis. 92
Mantus. 98

N

NEmea. 51
Nemæꝰ, a, um, ibid.
Nicolaus. 52
Nolimus, nolite. 64
Nec. 73
N, finita. 82

O

O Sequente vocali. 14
O in ſyllaba. ibid.
O, in nominum incremẽtis in primis ſyllabis. 42
Orion. 46
Orpheus. 53
O, in compoſitione. 55
O, in nominum incremẽto in medijs ſyllabis. 64
Orion. 66
Ohe. 77
O in latinis cõpoſitis. 56
On terminata. 83

O, ter-

O, terminata. 84
O, aduerbia terminata. 85. & 86.
Os terminata. 95
Oedipus. 98

P

PEdes biſyllabi, triſyllabi, & quadriſyllabi. 17
Pyrrhichius. ibid.
Proceleumaticus pes. 18
Pentametrum. 21
Phaleucium carmen. 23
Prima ſyllaba quomodo cognoſcitur. 26
Præpoſitiones deſinentes in vocalem. 30
Præpoſitiones deſinentes in conſonantem. 32
Præterita biſyllaba. 37
Præterita geminata. 38
Pompei in ſyllaba. 46
Pharaon. 50
Præterita geminata in medijs ſyllabis. 53
præterita, quæ habent iui ibid.
Philemon. 65
Priſton. ibid.
Pepo. ibid.
Perendinus. 62
Priſtinus. ibid.
Praſinus. 63
Præpoſitiones in a 71
Puta aduerbium. 72
Præpoſitiones in e 75
Pronomina in i 78
Pronomina apocopata. 82
Panthus. 98
Præterita ſincopata. 99

Q

QVaſi. 79
Quis in nominatiuo. 92
Quin. 83

R

RE Præpoſitio breuiatur. 23
Rutum. 38
Raphael. 49
Rhomphæa. 51
R, finita. 87

S

SEmiuocales. 11
Synereſis. 12
Synalæpha. 13
Syſtole. 16

S, ali-

S, aliquando expungitur 15
Spondeus. 17
Spondeus in quinta ſede. 18
Saphicum carmen. 23
Supina biſyllaba. 38
Scidi. 37
Steti. ibid.
Situm, ſatum, ſtatum. 38
Staturus. 39
Syllaba quanta præſentis temporis tanta aliorũ. 39
Symphonia. 48
Sycera. 53
Supina in itum primæ, & ſecundæ coniugationis. 54
Saxo. 65
Sidonius. 66
Smaragdinus. 63
Spadicinus. ibid.
Sandicinus. ibid.
Stupefacit. 57
Saphus. 98

T

Trocheus. 17
Tribrachus. ibid.
Trocheus in exametro. 20
Trocheus cum phaleucio. 23
Troilus. 27
Troas. ibid.
Taygeta. ibid.
Tri in compoſitione. 43
Totius, & ſyllaba. 46
Tremefacit. 57
Tubicen. 54
Tibicen. ibid.
Timotheus. 57
Ter finita. 88
Tis. 92
T, finita. 99

V

Vocales. 10
Vocales vnde. ibid.
V, tranſit in conſonantem. 13
V, poſt q, liqueſcit. 16
V, poſt s, ibid.
V, poſt h, ibid.
Vocalis ante vocalem in primis ſyllabis. 20
V, incrementis nominum & verborum. 42
Vnius, in ſyllaba. 46

Vultei, & ſyllaba. ibid.
Venimus in præſenti. 64
Vaſco, nis. 65
V, in nominum incremẽto corripitur. 68
Vltima ſyllaba. 69
Vocatiui in a, à nominibus in as. 69
Vocatiui in i 77
Vltra. 71
V, finita. 89
Vs, finita. 96

X

Xerampelinus. 63

Y

Ys finita. 99

Z

Zoilus. 27
Zenodotus. 56
Zelotypus. ibid.

F I N I S.

ERRATA CORRIGENDA.

Acromantia pag. 47. lege necromantia.
veris pag. 23. lege iuris.
ſteclliṡ pag. 44, lege ſterilis.
& ſequente pag. 46. lege, & e ſequente.
ſubimus, venimus, inuenimus reperimus pag. 64.
adde in præſenti ꝓducūtur ſecus in præterito.
Agmenon pag. 65. lege Agamenon.
phaleuticum pag. 23. lege phaleucium.
lapcon pag. 23, lege laocoon.
Henodotus pag. 56. lege Zenodotus.
Aredrogeus pag, 95. lege Androgeos.

AD LECTOREM
AVCTORIS
Diſtichon.

CÆtera menda Typis Lector flectentia veris
Emendanda tibi tradimus, atq; Vale.

402.5

AD LIBRI AVCTOREM
DONATI DE DONATO
A CASTRO NOVO
EIVSDEM DISCIPVLI
Carmen.

QValis apis ſtudioſa Thymum, libatq; decoros
Flores, vt ſtipet roſida mella fauis.
Colligis ex omni rationem Marce poeſi,
Dulcia quo fundat carmina quisq; cito.
Te monſtrante viam; quiuis nunc limina Phœbi,
Addita Muſarum tutus adire poteſt.
Innumeras ergo grates tibi reddimus, atq;
Tollimus aſſiduè nomen ad aſtra tuum.

Imprimatur.

Hercules Vacc. Vic. Gen. Neap.

Rutilius Gallacinus Canon. Dep. vidit.

M. Cherubinus Veronen. Auguſt. Theol. Curiæ Archiep. Neap. vidit.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



NEAPOLI,

Apud Io: Iacobum Carlinum. 1600.